

Wimmelband

U. q. 97.



COLLEGII FEVDALIS

DISPUTATIO XI.

De

IVDICIIS SEU  
CONTROVERSIIS  
FEVDALIBVS.

*Quam*

PRÆSIDE

AMPLISSIMO CLARISSIMO

MOQ<sup>3</sup> viro TH. FRANCIO IC. jurisq<sup>3</sup>  
feudalis in inclyta VVitebergensi

Academia Professore Pu-  
blico,

discutiendam proponit

IACOBVS BORNITIVS

TORGENSIS.

ad diem 8. Decembr.



WITEBERGÆ,

Typis M. Georgij Mulleri.

M. D. XCVI.

COLLEGIUM FENNICUM

DISPUTATIO XI.

De

IVDICIIS SEU

CONTRARIIS

REVDALIBVS.

Quam

RESIDE

MAIESTATISSIMO CLARISSIMO

et ceteris in Christo

habitis in iudicio

Academici Professori

Publico

dilectissimum proponit

JACOBVS BORNITIVS

FORNITIVS

ad hanc Historiam



WITTEBONAE

Typis M. C. Georgii Meißneri

M. D. C. C. C. V.



**A** Tque ita quidem de Conseruatione  
feudi per Successionem, cui consequens est vt ad Junga-  
tur, quomodo, præterea iudicijs & actionibus conser-  
vetur. De quo summatim tenendum est, quod etiam in  
hisce controversijs vtamur lege scripta, quatenus tamen vsus aut  
mores feudales quantumvis diversi in contrarium non sint. Quod  
habet evidentem rationem ex instituto Caroli M. qui vt quisque vel  
Romanorum, vel Longobardorum, vel etiam Francorum, in regno  
Italiae suis legibus vti vellet, is haud gravatim permisit. Quod &  
Otho. 1. & successores eius aliquot is indulserunt, prout hoc ita tra-  
ditur à Sigonio lib. 4. in pr. & lib. 8. de Regno Italiae, & passim ex  
legibus Longobardorum & ipsis Feudorum textibus, veluti in pri-  
mis C. vn. de feudi cognitione. c. v. Hic finitur Lex. C. vn. de  
contentione inter domin. & fidelem de investit. feudi. C. vn.  
de milit. vas. qui contum est. C. v. de filijs natis ex matrimo-  
nio ad morganat. Contracto. C. v. de Notis feudorum & innume-  
ris hisce similibus est apertissimum: Pluribus etiam confirmari pos-  
set is quæ tradita sunt à Cujacio ad l. 27. de V. O. m. p. 564. & ab  
Hotomano pertractata, ad C. 1. de feudi cognitione, quæ accuratè  
persequitur & latè, ex Eguinartho, Sigeberto, Frisingense & alijs, in  
Franco Gallia. Ideoq; rectè Baro monuerit (ad d. c. de feudi cog-  
nitione) Titulum illum à Glossatoribus conscriptum videri propter  
verbum COGNITIONE quo Ortensius vtitur, cum rectius sic  
concipiendus fuerat: DE LEGIBVS ET LONGA CONSUE-  
TVDINE IN FEVDIS siue BENEFICIIS. Neque verò  
quicquam obstat, quòd Legum Romanorum non sit vilis auctoritas,  
ideoq; consuetudo longa vsq; vsus, non vsque adeò sui valitura sint  
momento, vt rationem vincant, aut legem l. 2. Cod. quæ sit longa  
consuetudo. Non enim dubitamus asserere cum Baldo, Afflictio &  
Balsarano, legem municipalem potius ad municipalem legem quæ  
eiusdem generis est, eiusdemq; consortij & communionis arctioris,  
quàm ad jus commune, trahi, maxime cum & alibi in iure nostro ad  
similia libenter recurramus, & si plura adsint similia, ad magis si-  
mile, quòd idem ferè reputetur. Pro ut hoc pluribus Dn. Præses  
in suis prælectionib. post Zabarellam ad Clem. 2. de Religios. dom.  
Euerhardum, Balsaranum & alios, pertractauit, itemq; Disputat. 2.  
thes. 45, 46. & 47.

Posset autem adhuc dubitationem alicui movere, quæq; paulò ante dicta sunt in dubium aliquis vocare, quòd tantummodo Longobardorum legum, nec verò etiam Carolinarum ullam mentionem Obertus faciat, Cùm tamen certò constet, Italos tunc temporis etiam vixisse Legibus illis, quas Carolus M. ejusq; successores ipsis præscripserant: Sed respondemus, quòd Mediolanenses illo tempore nullum agnoscebant imperatorum imperium, vt patet ex Sigonio & Frisingense. Quin imò, cùm Gerardus aliquid modò diceret de Friderico imp. adeò exacerbati fuerunt, vt domum ejus diruerent, motus itaq; Obertus hoc periculo Collegæ sui, prudenter & studio reticuit & dissimulavit id, Putamus autem peculiarem illam differentiam in ijs potissimum Consistere:

### THESIS I.



**Q**uòd pro diversa qualitate feudalis controversiæ, iudex illius causæ competens modò sit ipse patronus seu feudi dominus: A. modò pares Curia, qui pari numero à litigantibus eliguntur, præstito iurejurando de rectè judicando: B. modò curtis illius iudex, hoc est ordinarius: C. vel etiam arbiter, D.

**A.** Et quidem regulariter, vt putat Dn. Wesenb. in tract. feud. cap. 17. n. 4. nec quidem inter Clericos, qui alioquin proprios habent iudices, distinguendo; vel etiam inter iudicia possessoria: cùm illud esset verba constitutionis Friderici cavillari, vt Duarenus ait comment. Feud. c. 21. v. § illud tamè. 3. de invest. in marit. facta. & ibidè Beluis. § præterea. fin. de prohibita feudi alienat per Friderich. vbi Beluis. Ifern. Aluarott. præpos. Affl. Et. & DD. communiter. Iacobin. de S. Georg. verb. & dicti vasalli conventi. Curt. in vlt. part. princip. Regul. 2. in pr. Zas. in part. 11. n. 6. & 7. & aliquos allegat Schrader. in part. 10. Section. 1. n. 1. & ad hoc hunc text. Hotom. Disputat. feud. 42. in fine notabiliter allegat.

c. si diligenti. c. ex transmissa. 6. de foro competent. Et quidem ipse princeps seu imperator, si inter capitaneos regis & regni, & Capitaneos simpliciter ita dictos lis fuerit, hi enim præter imperatorem iudicem superiorem non habent. c. vn. de his qui feud. dare poss: c. v. in pr. Apud quem vel quos Controvers. feud. de fin. juncto c. v. in pr. de lege Corradi.

**B.** c. v. de content. inter domin. & fidelem de invest. feudi. d. c. v. Apud

Apud quem vel quos controversi definiatur, c. v. de controversi. inter  
Episcop. & vasallum, c. v. § Sancimus 3. Quo temp. miles investitur,  
peter. deb. c. v. de controversi. feudi apud pares terminand. c. v. § 2.  
de milite vasall. qui contum. est. c. v. in pr. de Lege corradi, c. vn. An  
apud iudicem vel curiam Domini quæstio feudi debeat terminari. vbi  
Beluis, & Fr. Hotom. Mozzus de Naturalibus feudi n. 110. Rosenth.  
cap. 12. conclus. 12. Vultei. de feudis lib. 2. cap. 2. n. 8. & 9.

C. d. c. apud quem vel quos ibi: vel iudicem Curtis, hoc est Ordina-  
narium. § E contra maritus in fine de investitura in marit. facta. v.  
potius apud iudicem ordinarium vel arbitrum c. vn. § Sin autem in-  
ter fares duos ibi: Coram iudice vel arbitro finiatur. de Lege Corra-  
di. Quibus concordat pr. c. An apud iudicem vel curiam domini quæ-  
stio feudi debeat terminari. Et quidem vel in primis si vnus ex litiga-  
toribus vasallus domini non sit, siue sit actor siue reus per d. § pre-  
terea, in quo domino iurisdictio feud. non omnimodò tribuitur: sed  
ita demum si lis sit inter duos vasallos, quæ conditio, dispositionem il-  
lam ita limitat, ne extra terminos suos extendatur; nec in vno ne-  
cessariò verificetur, Idq; multò magis procedit, si controversia con-  
cernat aliquam extraneam & Accidentalem causam, prout DD. hoc  
tractant in c. Cæterum, Ex. de Iudicijs. & Iacobinus in verbo: Et dicti  
vasalli. n. 4. Ideoq; omni dubio carere debeat quòd executio ob æs  
alienum vasalli ab ordinario loci in fructus feudi, qui cum natura  
feudi nihil commune habent, fieri solet atque debet, pro ut Hart. Pi-  
storis illustri quæst. juris civil. & Sax. 15. n. 26. & seqq. hoc accuratè  
tractat, & eleganter idem persequitur, vt solet omnia, Matth. Coler.  
in process. Execut. part. 2. cap. 3. n. 313. In vtile verò dominium, à do-  
mino feudi, si is gratificari velit creditori, petenda sit executio. Idem  
Hart. Pistoris. e. quæst. 15. n. 71.

D. Ex compromisso, aut voluntate partium. d. § è contrà maritus  
& d. § sin autem. & d. c. in pr. An apud iudicem vel curiam domini,  
iuncto c. transmissa. de foro Competent. & c. Cæterum. de Iudicijs. &  
quod tradit Wesenb. d. cap. 17. n. 6. in fine.

## II.

Quòd præter multiplices Actiones tam Reales quàm per-  
sonales & interdicta quædam, quæ non modò vasallo compe-  
tunt ad jus suum conservandum & persequendum: sed etiam  
ipsi domino: vasallo liceat certo casu dominum deprædari.  
c. v. De milite vasallo qui Contumax est, in verbis: poterit eum de-  
prædari.

prædari. Quod tamen haud adeò simpliciter accipiendum esse, bene quidam monent interpretes. III.

Tertiò, Quòd in definiendis hisce controversijs, deficientibus vsitatis & vulgaribus probationum speciebus, Testimonio, scriptura & Iurejurando, de quibus passim & differentes in hisce libris feudalibus, & Explorationis cuiusdam violentæ, cuius sex species Hotoman. Disputat. Feud. 44 & 45. diligenter & eleganter recenset, Duelliq; frequens inveniatur experimentum, tam in textibus nostris feudalibus. A. quàm apud auctores illorum temporum, Ex quibus vt & illorum temporum consuetudine recepta, semper & vbiq; in his & eiusmodi disceptationibus petendam esse magis quàm ex jure Civili & interpretationem, & ad speciem numero numero pugnantium conciliationem, non dubitamus asserere post Eguinarium Baronem cum Fr. Duareno & Fr. Hotomano, alijsq; viris juris & privati pariter ac publici peritissimis.

A. § non est consuetudo. De alienat. paterni feudi t. t. Qualiter quis se defendere debeat. § si quis alium & § si rusticus, de pace tenenda vbi Baro. Wesenb. d. cap. 17. n. 13. B. Veluti ex insigni illo exempl. & documento quod extat in Lombarda lib. 2. tit. 54. & in Legibus Franc. lib. 5. tit. 4 & ibidem Lege vlt. Quibus ab Imp. Othone IV. de principum Italarum sententia, sciente & non contradicente Papa Iohanne XIII. vniuersaq; Synodo, quæ tum Ravennæ convenerat, statutum est, ne deinceps tota Italia, etiam ijs locis in quibus jure Romano utebantur, controversias jurejurando disceptarent, propter perjuratorum multitudinem; sed duello & certamine illas dirimerent. Idq; institutum non modò in privatorum & laicorum; verùm etiam in Ecclesiarum litibus observaretur. Cujus extat simile institutum Luitprandi Longobardor. regis lib. Lomb. 1. tit. 10. & in Leg. Longob. tit. 91, vbi scribitur, hoc esse gentis suæ institutum impium, quod tamen inh. beri propter inveteratam consuetudinem non possit, vt refert, & eleganter & copiosè tractat Hotom. allegata disputat. Feud. 45. & observat lib. 3. cap. 15. Licet autem Frider. 2. Imp. ad lacestiti conditionem & optionem, in tribus solùm criminibus hoc postmodùm permiserit læse nempe majestatis, cædis & veneficij, vt patet Neapolitan. constitut. lib. 2. tit. 32. 33. & 40. furiosius tamen hoc probationis vt & Explorationis genus, Honorius Papa bene damnavit c. monomachiam, c. consulisti c. Dilectici. & toto tit. ex. de purgat. vulg.

IV.

Quibus ita constitutis, nec illud adeò in conveniens jure feudali



feudali fuerit, ut quamvis alioquin agenti atq; affirmanti jure Civili & æquitate Naturali probatio incumbat, quo non probante reus absolvendus est; in controversiis tamen feudalibus regulariter reus & possidens, jusjurandum sibi delatum præstet, XII, Sacramentalibus adhibitis quandoq; quandoq; verò non adhibitis illis. Qua de causa defensio ex ordine appellatur, quoniam ordinarium propè sibi deferri.

*c. v. de feudo guardia. c. v. in pr. si de invest. feudi controvers. fuerit. Quo loco dicitur ei dari defensionem propter possessionem. c. v. de content. inter dominum & fidelē de invest. feudi. c. v. de content. inter dominū & vasallū. § 2. si de invest. inter domin. & vasallū lis oriatur. c. vn. de usu Mediolanens. c. v. § 3. Quid sit invest. c. v. de contr. inter mascul. & fem. de benefi. § si content. de Capit. qui curiam vend. d. c. v. de Notis Feud. Quod adeò procedit, ut etiā ei qui ex parte tantū possidet jusjurandum deferatur. d. c. v. in pr. si de invest. feudi controvers. fuer. & c. v. de contentione inter me & domin. de portio. feudi fratris mei defuncti. Cū possessoris conditio hoc jure melior censeatur, ideoq; ei cui favetur jusjurandum deferatur, ut dicitur in d. c. v. de Notis feudor. & ita tradit Hotom: d. 43. disputat. feud. Cujus tamen hac in re sententia & censura rigorosior eadem facilitate refutari posset.*

V.

Contrarium autem in domino receptum est, ut si contra eum vasallus agat, nec intentionem suam probet: sine jurejurando, nec ullis adhibitis Sacramentalibus absolvatur.

*argumento est e de pignor. dato feudo quid juris sit. c. vn. de content. inter me & domin. de portione feudi fratris mei defuncti. c. vn. § itē si. de consuetud. recti feudi.*

VI.

Sextò peculiare est quòd neq; patronus, neq; clientulus jurare cogatur de columnia § in quibus etiam, de consuetud. recti feudi.

VII.

De alieno autem facto & alieni animi sententia quandoque jurare liceat. Cujus rei exemplum est in c. v. de consuetud. recti feudi § 2 ibi: jurabit vasallus sine mētionē cōscientiæ. & in c. v. de notis feud. § cūm datur. 6. Alias, n. regulariter, ne patri quidē, aut matri, aut hærēdi, aut curatorī ejusmodi datur jusjurādū l. Qui jurasse. 26 de jurejurando. l. Marcellus 11. § jurare. 2. Rerum amotarum. l. 4. de in litem jurando. Et jusjurandum inter alios præstitum, alteri nec prodest, nec nocet. l. 1. si mulier ventr. nomine. Qua de causa veteribus hæc jurisjurandi formula præscripta erat: **EX ANIMI MEI SENTENTIA.** Quemadmodum hoc eruditè ex Livio

ex Livio & Cicerone demonstrat in Disputat. feudal. 43. Fr. Hotom. v.  
& in libello veterum formular. forens. Et tanquam singulare notat.  
Fr. Duaren. in comment. Feudal. cap. 21. n. 6.

VIII.

Sed & illud singulare est, quod quandoque soli pares curiæ, nec alij testes extranei ad testimonium admittuntur, vt in specie c. qui testes sunt necessarii ad novam invest. prob. § si enim dominus. Quid sit Investitura. Et in iudicio revocatorio quinque testes omninò sint necessarii ad probandam ingrati- tudinem.

d. c. v. Quot testes sunt necessarii ad proband. feudi ingrati- tud. Neq; vnquã femina ad testimoniũ admittatur. d. c. v. Qui testes sunt ne- cessarii ad novam investit. proband. Instrumentum etiam publicũ, quod breve testatum vocant nullam vim habeat, nisi à tribus vel duobus paribus curiæ munitũ sit. c. v. in pr. Quid. sin invest. d. c. v. in pr. Qui testes sunt necessar. ad novam investitur probandam.

IX.

Deniq; prædicto modo legitimè factis probationibus fertur sententia juxta consuetudinem localem si qua possit haberi: A, vel secundum simile consuetudinis si nulla extet: B. Quod si nec illud haberi possit juxta commune jus feudale, & eo defi- ciente secundum jus præscriptum. C.

A. text. sunt passim frequentes in vniverso jure feudali. B. c. v. de feu- do Marchim. c. vn. An mutus, vel aliàs imperfectus. C. argumento eo- rum quæ traduntur in § 1. de feudi. cognitione, & dictum est ad pr. b. Disputat. Et eos gradus bene sic recensere Curtiũ & alios quos re- fert Wesenb: d. cap. 17. n. 14. putamus. X.

Quod & in executione sententiæ similiter attendendum.

XI.

Deniq; peculiare est & illud Quod causa per Pares iniquè judicata ex Appellatione ad imperatorem deferatur, vel impe- ratorij nisi iudicio terminetur. § Sancinus. Quo temp. miles in- vest. petere debeat. c. v. si inter dominum & vasallum lis oriatur. c. v. pr. de Lege Corradi.

XII.

In Cæteris autem perpaucis exceptis absque calumnia lege scripta vtimur, quatenus est dictum supra pluribus, & à Docto- ribus passim notatur, Quorum, omnes & singulares & opiniones communes, huc congere non est nostri instituti.

FINIS.

155054


AB 155054

ULB Halle 3  
004 829 352




VD 17





155





12

REGII FEVDALIS

DISPUTATIO XI.

De

CIIS SEV  
TROVERSIIS  
EVDALIBVS.

*Quam*

PRÆSIDE

SSIMO CLARISSIMO

TH. FRANCIO IC. jurisq;

*in inclyta Uitebergensi*

*ademia Professore Pu-*

*blico,*

discutiendam proponit

OBVS BORNITIVS

TORGENSIS.

ad diem 8. Decembr.



WITEBERGÆ,

*M. Georgij Mulleri.*

M, D. XCVI.